



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Apodixes, Sive Demonstrationes Tres Horrendarvm Blasphemiarvm Ecclesiae A Calvino Reformatae, Circa tres primos Symboli Catholici Articulos

Bosendorf, Hermann

Monasterii VWestphaliae, 1608

Capvt III. An, & quanta gratia anima Christi ab initio fuerit ornata.

urn:nbn:de:hbz:466:1-35415

Sed inftas fecundo *Spiritus S. eius miraculi nullam* 2. Obiectio
facit mentionem. At in hoc etiam Prædicantem *refutatur,*
 agis, qui oracula Spiritus S. antè posita aut ig-
 nores præ ingenij vecordia; aut dissimules
 ex malitia. Et vt mentionem nõ fecisset; quis
 tamen prudens huic conceptioni momenta-
 neam istam (dignam Spiritus sancti actione,
 dignam Flij Dei incarnatione, dignam matre
 simul & virgine) corpusculi delineationem,
 animulæq; cum eo & verbo diuino vnionem
 abnegare possit? Quæ contra hæc præter im-
 piam proteruiam ratio? quod hic argumen-
 tum in contrarium? Ex quibus etiam tertia
 tua rariuncula cõcidit, qua Catholicæ doctri-
 nã iam propugnatae quæris confirmationem.
 Longè consultius facies alias, si Chameleon-
 tem illum Bucerum de quò in thesi & alios,
 cum suis paradoxis & delirijs sibi relin-
 quas, ne cum ijs in labyrinthos induaris.

CAPVT III.

*An, & quanta gratia anima Christi ab ini-
 tio fuerit ornata.*

VTi articulo præcedenti, de quo apodixi
 2. c. 6. in materia de scientia animæ Chri-
 sti, non habuit, quod solidè constanter que in
 medium afferret; ita etiam in hac de gratia
 quæstione, sibi (quanto minus igitur alijs?)
 non satisfacit. Agnoscit §. 16. animæ Christi
 Q 4 adhuc

adhuc in utero Matris attribui à Catholicis sanctificationem gratiam, quid vero ipse de hoc sentiat, non manifestat. Ait quidem §. 17. *fator Christū etiam puerum, imo infantem gratia & veritate plenum fuisse*: Sed utrum de infante in lucem effuso, vel nondum nato loquatur, non explicat. Suspiceris eum, *qui non imaginatur*, ut ait, *miraculum, ubi scriptura eius expresse non meminit*: quiq; scripturae loca sibi hac in parte contraria dissolvit, etiam negaturum Christo in utero superfusam gratiam. Sed quicquid imaginetur res ita habet.

1.
Christum
in utero
sanctifica-
tum & re-
pletum
gratia.

Resp. Præ-
dicantis.

Primò, certum est animæ Christi mox ut creata fuit propter eius cum verbo unionem collatam sanctificantem gratiam. Potest id facile ex scripturis colligi, utcumq; etiam eas depravet hereticus: Nam Ioan. 1. cap. Verbum caro factum est, & habitavit in nobis plenum gratiæ & veritatis. Plenum ait Christum gratia: quando? a.ºo ætatis sexto, duodecimo, vigesimo? nihil horum, sed mox ut Verbum caro factum est in Virgine, utq; habitare cœpit in nobis effectus homo. Occurrit Prædicans §. 17. & ait, intelligenda ea de Christo adulto, & suis miraculis gloriam Apostolis conspicuam exhibente. Sed id est occurrere præter fores. Verba illa (& vidimus gloriam eius, gloriam quasi unigeniti à Patre) per parenthesis sunt posita, & siue de Apostolis, siue de Magis & pastoribus in Bethlehẽm, qui similiter glo-
riam

riam Christi viderunt, quasi vnigeniti, siue de
 alijs intelligantur, non diuellunt ea quæ se-
 quuntur à præcedentibus. Verum non aduer-
 tit hoc Prædicans, cui vox Græca *πλῆρης*, quæ
λόγον respicit & cum eo copulanda est, curæ
 non fuit. Secundò idem ex Isaia II. colligi-
 tur, vbi postquam floris de Iessæ virgæ radi-
 ce ascendente mentio facta est, illico artexi-
 tur, vt connexionem gratiæ cum ascendente
 flore Christo obseruemus: Et requiescet su-
 per eum Spiritus Domini, fortitudinis, pieta-
 tis, timoris Dei. Tertiò ex Luc. I. quod ex te
 nascetur sanctum (Audi' iam tum sanctum
 quando nascitur) vocabitur Filius Dei. Quar-
 tò ex Ioan. IO. quem pater sanctificauit, & mi-
 sit, prius sanctificauit Christum Filium, poste-
 rius eum hanc in lucem misit. At non sanctifi-
 cavit humanitatem sine concurrente gratia:
 Ergo etiam priusquam eum hanc in lucem
 misit, nõ minus eum quam vel Baptistam vel
 Ieremiam in vtero sanctificauit. Sed quid in
 hoc heremus? non sustinent piæ mentes cogi-
 tare, Dei Filium vnquam fuisse absq; gratia,
 vt quo nemo diuiniõs, nemo Patri cœlesti
 charior, nemo Deo fuerit coniunctior. At ve-
 rò etiam virgineo thalamo adhuc conclusus,
 non modo virginis sed & Dei Filius fuit. Ve-
 rus igitur Dei Filius Christus, etiam ante nati-
 uitatem in gratia fuit.

Humanam
Christi ve.
ri gratiam
fuisse à cō-
ceptione.

Caluina-
nus Chri-
stus ꝑficit
in gratia.

i. Ratio.

Secundo, non minus liquidum est gratiam hanc tam fuisse copiosam, ut vberiolem non hominum modo quispiam, sed nec vllus Angelorum omnium sit indeptus. adde etiam, ut maior creatæ naturæ iuxta constitutos semel ordinariosque diuinæ sapientiæ terminos infundi non potuerit. Ad hæc vero ringitur Prædicans: obgannit §. 16. *vnà cum etate Spiritus sancti dona in Christo profecerunt.* & §. 17. *pro modulo etatis & ad eius gradus plenitudo gratia at- temperata fuit.* Eadem recinit in sequentibus planè ad Caluini in thesi recitati stomachum. Existimes eum Batti Sylphium reperisse; ad eo in hac sua Christomachia se iactitat, proclamans §. 22. contrarium putare profus esse delirare. Sed parum abest, quin delirè ita loquens. Probatur primo, hoc vberiolem homini confert gratiam Deus, quò eum plus amat complectiturque. Neque enim uti noster amor sæpè inanis est, nihilque præter voluntatem propensam exhibet; ita Dei charitas est cassa inefficaxque. Sed hoc quod vult adamato bonum Deus sua potenti voluntate eidem præstat. At nullum vnquam hominem vel creaturam arctius aut amauit aut amare potuit Deus, quam Christum hominem etiam latentem in vtero. Nam etiam tum erat filius dilectus, in quo ipsi erat complacitum; etiam tum gratiam vnionis obtinuerat, & Deus simul & homo effectus fuerat. Contulit
igi-

igitur homini Christo diuinitas pro suo in e-
 um amore gratiam quantam anima potuit ca-
 pere maximam. 2. Angelorum hominumq; ^{2.} Caput emi
 capiti tanta debuit conferri gratia, propter e-
 am quam præ omnibus membris excellentiam ^{nec sciētia,}
 obtinere debet, ad quantā Cherubini ac Sera- ^{sapientia,}
 phini cū omnibus beatorū choris nō possint ^{& gratia}
 aspirare, ne quando membra exæquentur ca- ^{alijs mem-}
 piti. At Christus, mox vt conceptus fuit, ca- ^{bris.}
 put omnium beatorum spirituum, homi-
 numque extitit, ad Ephesi. cap. summam igitur
 maximamque quæ dari potuit intra men-
 suram à Deo constitutam gratiam statim à
 conceptione sua consecutus est Christus. 3. ^{3.}
 Concedit Prædicans disp. Apolog. 2. §. 32. ex
 Caluini sententia beatificā visionis scientiam
 animæ Christi adhuc latentis in vtero. Hoc vt
 libens pro vero accipio, ita illud quæro, vtrū
 hæc scientia Christi cesserit scientiæ beatificæ
 angelorum? Cessisse non facile dixerit, nisi
 simul caput membrum cesserit in visione velit,
 si igitur non cessit, utique nec in gratia, quæ
 gloriæ visionisq; beatæ principium est quic-
 quam ijs concessit, & si non ampliorem, ad
 minimum Thronis atque Archangelis pa-
 rem possedit gratiam. 4. Hanc veritatem do-
 cent sacræ scripturæ cum aiunt Ioan. I. *deple-*
nitudine eius (qui caro factus est & habitauit
 in nobis, plenus gratiæ & veritatis) *nos om-*
nes accepimus, & capit. 3. *quem misit DEVS,*
verba

Resp. Præ-
dicantis re-
fellitur.

Deus dat
Christo
Caluinia-
no Spiritū
ad mensu-
ram.

verba Dei loquitur, non enim ad mensuram dat Deus Spiritum. Trahit quidem hæc verba prædicans ad Apostolos, & omnes fideles, sed prædicanticè & ineptè. Quandoquidè & sequentia & præcedentia, & tota Ioannis oratio, apertè de Christo loquitur. Adde quod Apostolis fit data gratia ad mensuram, vt qui ea dono, non natura: largitione, non generatione vt Christus, qui Filius Dei incarnatus fuit: secundum partem, nõ totam habuerint; iuxta illud Ephes. 4. v. 7. vnicuiq; nostrum data est gratia secundum mensuram, donationis Christi. Omitte Euthymium Græcum legisse; *non enim huic (Christo) ad mensuram dat Deus Spiritum.* Per absurdè autem hic refugit ad adultam Christi ætatem Prædicans. Si enim incarnato dedit ad mensuram, quando post dedit non ad mensuram, quomodo verum esse potest, non dat Christo Spiritum ad mensuram, si dedit eam ipsi cõcepto in exigua aliqua mensura? An tum contra Apostolũ verum nõ erat dicere; Deus dat Christo spiritum in mensura? Pulchrè ad hæc alludit D. Hieronymus in cap. II. Isaiaë scribens: *Quia in ipso placuit inhabitare omnem plenitudinem diuinitatis nequaquam per partes vt cæteris sanctis, sed iuxta Euangelium illorum, quod Hebræo sermone conscriptum legunt Nazaræi: Descendet super eum omnis fons Spiritus S. Et Damascenus lib. 3. de fide ca. 22. Ditata est illa humanitas propter vnionem ad verbum omni sapientia & gratia.* Idem alij Patres cõfirmant, vt nisi depudisset Prædicans, meri-

merito erubesceret ad suas ineptias, de S. Stephano etiam pleno, de Zacharia & Ioanne Baptista item plenis; quasi non eorum plenitudo sit secundum quid & ad mensuram, ista vero Christi simpliciter sit plenitudo, qualis debita fuit θεοτόκος homini deificato, & infinite digno. Nec est quod expectet sibi responderi, ad ea quæ pro defendendis caluini locis corrasit de gratiæ Christi augmento. Verba sunt & præterea nihil. Iam supra dictum est Christum profecisse, non secundum gratiæ sapientiæq; habitum, sed quoad eius effectum, & ostensionem.

Sancti pleni gratia fuere plenitudine sufficientiæ, virgo mater plenitudine prærogatiuæ Christus plenitudine superabundantiæ.

THESIS DECIMASEXTA.

Iam vero Natiuitas sic habet, vt natus sit ex Maria non virgine. Reiecto enim Papistarum figmento, ait *Molineus* in Harm. 4. Euang. part. 3. quod filius eius vt radius solis per vitrum, sic per vterum illæsum transiuit; dicendum & credendum est, quod naturaliter ruptis obicibus, id est claustro & virginali integritate lesa, & apertis locis exiuit ac natus est, & quod diuulsus distractisq; vteri partibus (Beza contra Brent.) egressus sit. Proinde non est quod miremur, si ex partu vti cætera mulieres in peccatis concepta, & concipientes, maledictioniq; Eua obnoxia; ita & ipsa benedicta Mater Iesu infirmata sit, eaq; causa eius in Egyptum fugam Deus tantisper, dum è puerperio reualesceret, viresq; itineri necessarias repararet, distulerit. vt nihil diuinum cogitans philosophatur Cal-

VINUS

uinus in Harm. ad c. 2. Matthei. *Nec interest in fide Evangelica secundum Euangelium Beza in præfat. noui testam. (in quo nulla diu potest incorrupta virgo persistere) vt post Christum natum in virginitate vixerit. Illud scire pretium est, quod non malignè minus Dei potètiã, quàm Zacharias restrinxerit, Calu. in ca. 1. Luc. v. 34. quod fines suos sæpè excesserit, Calu. in cap. 12. Matth. & Luc quod intempestiuè festina fuerit; (Ibid.) quod superba Deo se prætulèrit; in c. 2. Luc. in Harmon. quod quo tempore morienti in cruce Filio ex ardētissimo amoris affectu astitit, in primum, quintum, sextum, nonum Decalogi præceptum peccàrit mortaliter (Buny. in exercitio Christian.)* *Prò! quàm beata iudicio Calvinianorum vbera, quæ suxit Dei Filius; quàm gratia plena, & benediçta inter mulieres Mater Domini; quàm fecit genitrici suæ magna, qui potens est & sanctum nomen eius!*

CAPVT IV.

Matrem Christi Calvinistici non esse Virginem.

Requisita
ad perfectã
virginitatem,

VT perfecta sit quæpiam virgo, duo requiruntur: vnum in mente, alterum in corpore. In mente necessaria est voluntas seruandi integritatem castitatemq; vt Docet D. Thom. 2^a. 2^a. q. 152. in corpore requiritur integritas